ditabitur munere quam qui iam advesperascerit ingreditur ad laborem.

Mente igitur quo spices incipiunt emittere grana florentini victorioso preambulante carrocio comitatum intraverunt senensem et partem eius devastarunt destruendo castella scilicet hunc

Et appropinquantes civitati ascenderunt montem qui vocatur vicus supereminentem civitati ab eadem quasi per miliare distantem et castramentati sunt circa illum carrocio in sumitate manente quod adorare vere potuere rebelles et eiusdem figuras agnoscere nec contigit eis sicut consideranti vultum sue nativitatis in speculo qui statim obliviscitur qualis est sed memoria eius in mente uniusque fixa non nisi morte illo tempore preteribat. Construxerunt enim senenses ante portam que